¶ Ulterius videt q liceat ea que in hac forma ponuntur mutare sine ꝓiudicio baptismi.greci enīz hāc formā baptizādi habēt:baptizet seruus chīsti Nicholaus in noie ptis ꝛc.sed apud oēs est vnuz baptisma. ergo ꝛ noster simlr baptismꝰ fieri posset. ¶ P. hoc ꝙ dicit ego baptizo te ponit in forma ad exprimēdū baptismi actū.sed actus baptismi pōt effici ab vno ꝛ duob' ꝛ in vnū ꝛ in duos.ergo pōt fieri mutatio forme:ut dicat nos baptizam' uos. ¶ P. eccl̄ia est eiusdem potestatis nūc cui' erat primitiua eccl̄ia:quātuz ad sacroꝝ dispensationē:sed primitiua eccl̄ia muta uit formā baptismi:qz baptizabant in noie chīi sic in Acti.legit.ergo ꝛ nūc eccl̄ia formā mutare posset. ¶ P. tres psone in forma baptismi ponunt ad exprimendum fidē trinitatis.sed ita exprimeret fides trinitatis:si dicat in noie trinitatis:sicut si dicit:in noie patris ꝛ filij ꝛc.ergo pōt ita mutatio fieri ut dicatur in noie trinitatis. ¶ P. virtus sacramētalis nō cōsistit in uerbis nisi fm q ad significationem referunt:alias nō esset virtutis alicui' nisi in vna lingua:qz voces nō sunt eedē apud oēs.sed idem significat pr̄ qō genitoꝝ ꝛ filius qō genit':ꝛ spūs scūs qō ab utroq ,pcedēs: ḡ pōt hoc mō fieri mutatio:ut dicat in noie genitoris ꝛ geniti ꝛ ,pcedētis ab utroq. ¶ P. qui corumpit uerba mutat lras ꝛ sillabas:ꝛ per cōs dictiones.sed infra dist.6.dicit q reputat baptismus:ꝙuis aliquis vba corrupte ,pferat:ergo pōt fieri forme mutatio.

¶ Ulterius videt q nō possit aliquid addi uel minui. nō enim est minoz necessitas in uerbis que ptinent ad formas sacroꝝ ꝙ in uerbis sacre scripture:sed in uerbis sacre scripture nō licet addere uel minuere:ut patet Apoc.ultimo.ergo nec uerbis formaꝝ in sacris. ¶ P. in formis nālibꝰ ita est:q ōia addita uł subtracta variat spēm:ḡ ꝛ si in formis sacroꝝ aliqd addat: uel subtrahat:tollet ratio illi' sacri. ¶ P. arriani nō

mutabāt formā istā nisi per additionē:dicebāt eni in noie ptis maioris ꝛ filij minoris:ꝛ pp hoc nō reputabant baptizati:ḡ nō licet addere uel diminuere in forma. ¶ Sed ꝺ in lra habet ab Ambrosio.Q si fides totī' trinitatis cozde reneat:ꝛ vna tm psona sit noiata:fit baptisma uerū:ergo licet aliquid de forma subtrahere. ¶ P. actus baptizādi ponit in forma ad excitandū attentionē:ergo ut videt licet addere vbum intentionē signās:ut dicat intendo te baptizare.

¶ Ulteri' vī q nō possit fieri iterpositio uel trāsposition:qz baptismꝰ est vn' act'.vn' át est actꝰ q est ptinuꝰ. ut dī in.5.phi.fz iterruptio tollit ptiuitatē baptismi.ḡ tollit vnitatē eiº:ḡ nō oz fieri aliq iterruptio. ¶ P. sic ad fidē trinitatis ptinēt tres psone:ita ꝛ psoaz oz do:sed in trāslatione uariat ordo:ḡ cozrūpit forma. ¶ Sed ꝺ est:qz trāsposita noia ꝛ vba idē significat.

Rñdeo dōz ad pmā qōnē:q forma cōpletiua rei media est qdāmō iter māz quā pficit ꝛ cām efficiētē a qua ,producit:ut vt' efficiētis mediāte forma ad mām traducat:ꝛ qz mediū cōplectit aliq mō utrūq extremoꝝ:ió forma baptismi cōtinet ꝛ principale efficiēs vñ baptismꝰ efficaciā hēt:ꝛ māz baptismi ,pximā que est actꝰ ablutionis:ꝛ ió ponit in noie ptis ꝛ filij ꝛ spūs sci tanq̄ pncipale efficiēs a q̄ baptismꝰ efficaciā hz:ꝛ pōt actꝰ malis i ea que circūstat ipz.s.pferēs ꝛ recipiēs i hoc qō dīc. Ego baptizo te.

Ad primū ḡ dōm:q pncipale agēs significat in invocatiōe trinitatis:que iuisibiliter agit:ꝛ fō reliquebat ut circa actū mālē poneret agēs scōariū.s.minister sacri. ¶ Ad 2m dōz:q forme sacroꝝ nō accipiunt ut voces significatiue tm:sed ut effective:ꝛ qz nihil agit nisi fm q pfectū est:ió de integritate forme baptismalis est ut ponat totū qō ad baptismū requirit:ꝙuis vnū ex alio itelligi possit. ¶ Ad 3m dōz:q in vbis illis dns pncipalr nō itēdit tradere formā sacri qz ꝓus eis tradiderat qn baptizabāt etiā añ passionē:fz itēdit eis pcipe actū baptizādi fm formā ꝓius eis traditā:ꝛ ió ex vbis illis pōt ꝓbabilr accipi forma p̄dicta:ꝙuis non expresse ibi ponat. ¶ Ad 4m dōz:q qz baptismꝰ est sacm necitatis:ꝛ in sacro regrit intētio:ió opz expimi oia que itētionē determinat ad actū illū:nō át sic i alīs actib' in qb' nō est tātū piculū si itētio nō assit. ¶ Uel dōz:q aliq act' hñt efficaciā ex ipso suo exercitio tm:sed actꝰ baptizādi hēt efficaciā ex forma vboꝝ:ꝛ qz talis efficacia est sacra lis:idcirco opz q vba foīe significādo efficaciā actui ꝓbeāt:ꝛ ió opz baptizātē actū suū vbo significare:ꝙuis hoc in alīs actib' nō repiat. ¶ Ad 5m dōz:q rō illa tenet de illis vbis:que ,pferunt cā significationis tm:nō aūt de illis que ,pferunt cā efficiēdi:que etiam opz ad res nō itelligētes ,pferri:ut effect' vboꝝ determinet ad res illas:vñ ēt dī exorcizo te creatura salis. ¶ Ad 6m dōz:q dns pcipiebat actū baptismi ut absentiū:ꝛ ió oportebat q uteret 3a psona:secus aūt est de illis qui exercēt actū illū in prītes. ¶ Ad 7m dōz: q aq cōprehēdit in diffōne baptismi:qz baptismꝰ nihil aliud est ꝙ ablutio facta in aq:ꝛ ió esset nugatio si iterū poneret. ¶ Ad 8m dōz:q actio semp magis attribuit pncipali agēti:qz efficaci' ipimit ad agēduz: tota enī virt' medie cāe est a pª:sed nō ꝓuertit:qz pª cā a qua baptismꝰ efficaciā hz auctiue est trinitas:passio aūt chīi cā scōaria ꝛ meritoria:ió magis fit mētio de trinitate ꝙ de passiōe. ¶ Ad 9m dōz:q nomē nō cōpetit uoci nisi fm q facit notitiā de re.nomē enī dī quasi notamē:notitiā át hēm' de trinitate per fidē:ꝛ qz est vna fides trinitatis ꝛ vna ꝓfessio dei:ꝙuis sint diuerse voces signātes tres psoas:ió dī in noie:qsi in iuocatiōe:que fit p ꝓfessiōez exteriorē iterioris fidei.

¶ Ad 2am qōnem dōz:q qz sacra efficaciā hñt ex institutiōe dīna:ꝛ pncipaliº est in sacris forma ꝙ etiā mā: ió sic nulli licet mutare sacrm:uł aliqō nouū istituere ita nulli licet mutare formā sacri:ꝑtū ad id qō est de eentia forme absq spāli ꝓsilio spūs sci:qui vtutē suā illis verbis non alligauit:ꝛ si mutat nihil agit:ꝛ ꝑter hoc culpa icurrit:si aūt aliqd ptinet ad formā ex determinatiōe ecclie si illud mutat:nihł omiº est sacrm: sed culpa icurrit.in forma aūt baptismi eentialius est qō exprimit cām agentē a qua est tota efficacia:ꝙ qō exprimit actū exercitū:ꝛ ió ꝑtū ad oēs invocatio trinitatis est de eentia forme:nec aliqui ꝑtū ad hoc forma mutare pñt. ¶ Quidā vo dicebāt q actꝰ exercitus nō est de eentia forme:ꝛ q in illa invocatiōe trinitatis cuz eentia forme ꝓsistit quos refellit auctoritas Alex.pape:qui dicit q nō est baptismꝰ illud lauacrū quo aliquis in noie ptis ꝛ filij ꝛ spūs sci:nihil addēdo baptizat. ¶ Ad pm ḡ dōz:q fm opinē grecoꝝ de necessitate forme est actꝰ baptismi ꝑtū ad significatuz:sed nō ꝑtū ad cōsignificatū:psona aūt baptizans per ministeriū nō est de necessitate forme:qz ex eo baptismꝰ efficaciā nō hēt:sed psona recipiēs est de necitate forme:qz actꝰ ad suscipientē terminat:ꝛ ió differūt in forma a nobis ꝑtū ad tria. pº qz psonaz mistri in forma nō expimūt:ꝛ hoc dicūt ad remouendū errorē qui fuit in ꝓmitiua ecclia:qui efficaciaz baptismi baptizāti attribuebat:ut patet pª Loꝛ.3.2º in hoc q significat actū sub alia psona.s.3ª:ꝛ sub alio mō.s.sub iunctiuo uel optatiuo ad signādū q actꝰ interioz expectat ab extra.3º qz psonā baptizātā ponunt in noiat i uo casu ꝛ in 3ª psona:qz qnq baptizat' nō hēt intellz ut ad eū possit dirigi sermo.Utrū aūt ipsi mutent aliqd q sit de ſba forme:ut sic oporteat rebaptizari:ꝙuis qdā dicāt hoc:nō tn est determinatū:sed dubium apud qsdā:qb' vī q sufficiat actū baptismi significare ad pfectionē sacri:ꝛ q ꝓsignificationis determinatio sit ex ecclie institutiōe.hoc aūt certū est q forma qua nos utimur melioz est:tuz qz pfectioz est ut patet ex supradictis:tuz qz magis ꝓsonat vbis euāgelij qō ministros baptizātes dicit:tuz,ppt auctē romane ecclie:que hāc formā tradit:que nunq a uera fide legit decliasse hāc formā ab aplis retinēs:ꝛ ió nō licet pcipue latinis in forma grecoꝝ baptizare:qō si ꝓsumerēt:fm quosdā nō eēt baptismuſ:fm quosdā aūt eēt: sed grauiter peccarēt. ¶ Ad 2m dōz:q vn' actꝰ qui vno agēte expleri pōt nō ,pgredit a pluribꝰ agētibus sil:ꝛ ió vnus baptizās cū ipse solus baptizare possit: debet significare actū suū nō a pluribꝰ exeuntē:seu ut a se solo:ꝛ ió nō pōt dici nos baptizam':sed fz quosdaz dici pōt ego baptizo uos si necessitas assit.nec est aliq mutatio forme ꝑtū ad significationez:qz plurale nō est nisi singulare geminatū.pōt ꝛ alia rō assignari: qz baptizo uos idez est q baptizo te ꝛ te:ꝛ ideo per hoc nō fit mutatio forme ꝑtū ad sensuz:sed solū ꝑtū ad vocē.sed nos baptizam' idē est qō ego ꝛ ille:non aūt ego ꝛ ego.vñ nō oino est idem:ꝛ ió qui dicit nos baptizam' nihil facit.qui aūt dicit baptizo uos si sit plures baptizaret baptizatū est:sed peccat nisi ex magna necessitate faciens. ¶ Ad 3m dōm:q forma quā dns tradidit nō fuit ab aplis mutata ꝑtū ad itellz:qz in chīi noie tota trinitas itelligit:ut in lra hētur:fz solū ꝑtū ad vocē:ꝛ hoc est qō qdā añt q ē mutata fōia sensibilis:fz nō itelligibilis:nec hoc ipz potuisset nisi ex familiari ꝓsilio spūs sci:rō át mutationis fuit ut no-

mẽ chr̃i amabile redderet: si in ei⁹ noie baptism⁹ fieret: ⁊ hoc ẽt eccl̃ia nũc posset si spāle p̃ceptū a spũ sancto hꝫ: nō ãt ꝓpria auctr̃e: ⁊ qz illi⁹ mutatiōis cā fuit ꝓueniẽs illi tpi: iō cessante cā cessat effect⁹: ⁊ mō non eẽt baptism⁹ siqs in chr̃i noie baptiçaret: ut coit̃r oī q̄uis q̄dā ꝓriū dicãt. ¶ Ad 4^m dōm: q in noie trinitatis nō exp̃imunt ipse pſone: sed solū nūs pſonaꝝ: ⁊ iō nō sufficit dicẽ i noie trinitatis: nec eẽt baptism⁹ si diceret. ¶ Ad 5^m dōm: q genitor nō signat pſonā p̃is: sic̄ ypostasim subsistẽtẽ: ut hoc nomẽ p̃: sed per modū act⁹: ⁊ iō nō est eadẽ significatio si dicat i noie genitoris ⁊ in noie p̃is: ⁊ silr̃ rō est de alīs. q̄uis ãt nō sit eadẽ uox in greco ⁊ latino: tñ est eadẽ uocis significatio: ⁊ in q̄libet lingua ẽba illa ptinẽt ad formã que p̃incipali⁹ sunt īstituta ad signãduꝫ pſonas illas. ¶ Ad 6^m dōm: q qui corrupte ꝓfert ẽba: aut hoc facit ex idustria: ⁊ sic nō vi itendẽ qō eccl̃ia intẽdit: vñ nō est baptism⁹: aut hoc facit ex ignorãtia ul̃ defectu lingue: ⁊ tũc dī q si sit tãta corruptio q oino auferat sensuꝫ locutiōis: q nō est baptism⁹: si aũt sensus locutionis remaneat tũc erit baptism⁹: ⁊ hoc p̃cipue accidit q sẽpe nō mutat qñ fit corruptio in fine: qz ex pte finis mutatio uariat ꝓsignificationẽ: nō ãt significatione ut grãmatici dicũt: ſz mutatio ex pte p̃ncipiꝭ uariat significationẽ: vñ corruptio talis maxie si sit magna oino sensuꝫ locutiōis auferret: qñ ãt sensus locutiōis aliq̄ mō manet: tũc q̄uis mutet fōia q̄tũ ad sonũ sensibilẽ: nō tñ mutat q̄tũ ad significationẽ: qz q̄uis oro corrupte, plata nihil significet ex ueritate ipositionis: significat tamẽ ex accõmodatione usus.

¶ Ad tertia qōnẽ dōm: q de subtractiõe hoc certũ est q si subtrahat aliq̄d qō sit de eẽntia forme q non est baptism⁹: ⁊ ille qui baptiçat grauit̃ peccat: ⁊ qz apud oēs iuocatio trinitatis est de eẽntia forme: iō hoc nullo mō subtrahi pōt: sed q̄dā dicũt q exp̃ssio actus nō est de ſba forme: vñ si subtrahat facta sola trinitatis inuocatione erit baptism⁹ q̄uis peccet baptiçans. ¶ Sed ꝺ hoc est decretalis Alex. pape. 3. qui dic̄ q sic̄ds pueri⁹ in aq̄ ter merserit dicẽdo i noie p̃is ⁊ filij ⁊ spũs sci: si nō dicat ego baptiço te: talis imersio nō facit baptism̃a: opꝫ eni q per formã vt⁹ trinitatis iuocate ad mãz ꝓpositã detinet qō fit in exp̃ssiõe actus: silr̃ ẽt exp̃ssio pſõe baptiçate est de ſba forme: qz per eã detinat act⁹ ad hũc baptism̃um: ⁊ iō si subtrahat nō erit baptism⁹: ſz exp̃ssio pſone baptiçãtis: dī q nō est de forma q̄tũ ad necessitatẽ sacri: sed ex īstitutiõe ecclesie ut itẽtio magis ferat ad actũ illũ: ⁊ iō si omittat erit baptism⁹: ſz peccat omittẽs. De additiõe vo duo sunt obſuãda. ꝑmũ est ex pte addẽtis: qz si adderet intẽdẽs illō eẽ de forma q̄si uolẽs per hoc nouũ ritũ adducẽ: ꝓstat q nō intẽdit, pferre formã qua utit eccl̃ia: ⁊ ita nec faceret qō eccl̃ia facit. q̄re nō eẽt baptism⁹: secus ãt est qui ex aliq̄ cã adderet ut ex deuotione q̄dā. 2^m est ex pte ei⁹ qō addit: qō si est corruptiuũ forme: tũc nō est baptism⁹. si ãt nō: est baptism⁹ ꝯ q̄dāz: sic̄ si dicat in noie p̃is maioris ⁊ filij mioris: corrũpit fides quã forma ꝓfitet: si aũt addat ⁊ btẽ Marie: q̄dā dicũt q nō est baptism⁹: qz nō fit baptism⁹ in vtute btẽ marie: fieret ãt si diceret ⁊ btã maria iuuet puerũ istũ uel aliq̄ hi⁹. Alij aũt dicũt ⁊ ꝓbabili⁹ dicunt q eẽt baptism⁹: ẽt ꝓ mō additiõe fcã: qz ꝯ magistrũ in noie p̃is idẽ est qō i iuocatiõe: pōt ãt in iuocatiõe btẽ marie fieri baptism⁹: cũ in iuocatiõe trinitatis: nō q̄si ex vtute ei⁹ efficacia hẽat baptism⁹: sic̄ hꝫ ex vtute trinitatis: sed ut ei⁹ icercessio baptiçato ꝓficiat ad salutẽ. Quidã ãt addũt 3^m ꝓsideradū: dic̄ eni q si fiat additio in medio uel in ꝑn⁹ nō est baptism⁹: si ãt i fine est baptism⁹: ſz hoc nullã vi hꝫ rōnẽ: vnde ꝯz alios q̄lit̃cunq; fiat additio nō refert: dūmō nō sit ꝓria foꝛe: ⁊ baptiçãs nō itẽdit mutare ritũ baptismi. ¶ Ad ꝑmũ g̃ dōm: q illud dī ꝟ hẽticos qui addebãt scripture ul̃ minuebãt ex ea ꝓ fidei corruptionẽ ⁊ silr̃ i ꝓposito additio ul̃ ſbtractio corrũpẽs formã tollit baptism̃a. ¶ Ad 2^m dōz: q hoc est uer. de dīa eẽntiali: nq̄ ãt de accñtali. vñ si ſbtrahat aliq̄d de eẽntia foꝛe: ac si sit de eẽntia forme: nō erit baptism⁹. ¶ Ad 3^m dōm: q additio illa corrũpebat fidẽ trinitatis: quã exp̃imit forma: ⁊ iō corrũpebat formã. ¶ Ad 4^m dōm: q ꝯz q̄dā sufficiebat q̄tũ ad iuocationẽ trinitatiꝭ: ut nihil minueret de forma itelligibili q̄uiꝭ minueret de foꝛa sensibili: qz in vna pſona oēs itelligunt: iō dicebat q vna pſona noiata plen⁹ eẽt baptism⁹: si fides iteri⁹ plena eẽt: ſz qz fides pſone baptiçãtis ul̃ ifidelitas nihil ꝓdest: nec nocet ad baptism̃um: qui fit in fide eccl̃ie: iō q̄si coiori mō dī: q opꝫ oēs tres pſonas exp̃imi: ⁊ iō ad vbũ Amb. multiplr rñdet. Quidã eni dicũt q cũ dic̄ plenũ sit sacr̃z: ponit sacr̃z pro fide: qz qui vnã trñ pſonã ꝓfitet: si alias corde teneat plenã hꝫ fidẽ. Quidã vo dicũt q itelligit q̄tũ ad plenitudinẽ ipsi⁹ sacr̃i: quã hꝫ ex fide: qō pꝫ ex hoc q dic̄ plenũ ẽ fidei sacr̃z uel q itelligat ꝑm q̄sdaꝫ in casu qñ vna pſona noiata puer ul̃ sacerdos morer̃et. credit enim q iuisibilis sacerdoꝫ supplẽt defectũ ul̃ i casu silī in quo apl̃i in noie chr̃i baptiçabãt: ⁊ hoc magis pſonat vbꝫ ei⁹. ¶ Ad 5^m dōz: q qui itẽdit aliq̄d facẽ nō est p̃ñs q faciat illō vñ eẽt ad corruptionẽ forme: g̃ intẽdo te baptiçare. ¶ Ad 4^{am} qōnẽ dōz: q cũ foꝛa vboꝝ pſistat in trib⁹, ſ. significatiõe itegritate vboꝝ ⁊ ordie: q̄dā dicũt q q̄ q̄d hoꝝ mutet ul̃ uariet: nō erit baptism⁹. Sꝫ qz foꝛe sacr̃oꝝ st̃ q̄dā fidei, pfessiões: fidẽ ãt nō, pfitent vba forme nisi rõe sue significatiõis: iō alij dicũt q dūmō fuet itell⁹ ul̃ iplicite uel explicite: ẽt si nō eẽt uocũ in tegritas nec ordo idẽ erit baptism⁹: ſz qz sacr̃m q̄tũ ad formã ⁊ mãm oz eẽ eiusdẽ signũ: iō alij dicunt medio mō q recñt ⁊ significatio plẽa ⁊ vba itegra que sũt de eẽntia forme: si ãt ordo ul̃ aliq̄d circa vba mutet: qō nō tollit nec significationẽ: nec itegritatẽ vbo rũ erit baptism⁹. ¶ Et ꝑm hoc ad ꝑmũ dōz: q si fiat tãta iterruptio ⁊ intercipiat itentionẽ baptiçãtis: tũc nō erit vna forma: ⁊ iō utraq; ꝑ se erit imꝑfecta: nec sufficit ad baptism̃um: sic̄ si dicat in noie p̃is: ⁊ iterponat lõgã fabulã: ⁊ postea dicat ⁊ filij: si ãt ita fiat pua interruptio ul̃ vbi nō cozrũpẽtis formã: ut si dicat in noie p̃is oipotẽtis: aut silẽtij: aut tussis. ul̃ alicui⁹ hi⁹ qō itentionẽ nō discõtinuet: tũc erit ab vnitate itẽtionis vnitas forme: ꝓstat eni q ꝓtinuitatis foꝛa ex uocibus vnitatez hꝫe nō pōt: cum oro sit q̄tas discreta. ¶ Ad 2^m dōz: q q̄dā dicũt: q si sit talis ordo qui mutat intellm nō fit baptism⁹: ut si dicat in noie p̃is baptiço te ⁊ filij ⁊ spũs sci: si aũt nō mutet intells erit baptism̃us: ut si dicat in noie p̃is ⁊ filij ⁊ spũs sci baptiço te. Alij vo dicũt q q̄litercũq; mutet ordo vborũ non vi intells mutari: ⁊ iō erit baptism⁹: q̄uis peccet transponẽs: ⁊ ꝯz hoc dōz q ordo pſonaꝝ nō est quo vna sit ꝓior altera: ſz quo vna est ex altera: quẽ ordinẽ ipsa noia pſonaꝝ ostẽdũt quocũq; ordie, pferant.

Ad 3m sic, pcedit. vi q baptism⁹ no debeat fieri in aq̄: ex sil̃i⁹ eni cãis sil̃es effectus, pducunt: ſz baptism⁹ hẽt silẽz effectũ cũ circũcisiõe: cũ g̃ aq̄ in nullo ꝓueniat cũ istꝛo circũcisiõis vi q non ꝓgrue fiat baptism⁹ in aq̄. ¶ ꝑ. ꝑm Dañ. ⁊

Dio. baptism⁹ hẽt vi; illuminatiuã: ⁊ in eo spũs scũs dat: ⁊ hō i filiũ dei regñat. ſz ignis iter alia elmta plus hẽt de luce: ⁊ per eũ rõne caloris sps scũs qui est charitas significat: ⁊ ꝑm Dio. in fine ce. hierar. Ignis maxime deiformitatẽ signat. g̃ baptism⁹ ꝺz fieri in igne ⁊ nō in aq̄. ¶ ꝑ. ꝑm Dañ. baptism⁹ est ꝑn⁹ vite: ⁊ est sacr̃m maxie necitatis: ſz aer hẽt maximã ꝓueniẽtiaꝫ cũ vita: qz calidus est ⁊ hũidus: ⁊ est coiſſimũ elmtũ: ut nlli pp ei⁹ penuriã posset eẽ piculũ: sic̄ qñq; puulis est piculũ ꝓp defectũ aque. g̃ baptism⁹ debuit in aere fieri ⁊ nō i aq̄. ¶ ꝑ. per baptismũ ꝓfiguramur sepulture chr̃i. Ro. 6°. ſz chr̃s in tra sepult⁹ est. g̃ baptism⁹ debet in tra fieri ⁊ nō in aq̄. ¶ ꝑ. oleũ ⁊ vinũ abluti ua sũt ⁊ letificãtia ⁊ ipinguãtia: ſz baptism⁹ ꝑter ablutionẽ pctõꝝ pinguedinẽ ⁊ letitiã spualeꝫ tribuit. g̃ in his liquorib⁹ fieri debet. ¶ ꝑ. sacra de latẽ chr̃i fluxerũt: sed sic̄ fluxit aq̄ sic ⁊ sanguis. g̃ in sanguie debet fieri baptism⁹. ¶ Sed ꝺ qō dī Jo. 3. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ spũ sco ꝛc. ¶ ꝑ. repatio debet creatio ni rñdere: sed in creatiõe mũdi spũs dñi cõmemorat: ꝑ⁹ sup aq̄s ferri: ⁊ ex aq̄s ꝑ⁹ aiaꝫ viuẽtẽ ꝓduxisse. ut ꝑz gen̄. 1. g̃ ⁊ spũs scũs in ope repatiõis ꝑ⁹ dari dꝫ in aq̄ ⁊ spualis vita: ⁊ sic baptismus in aq̄ fieri debet: qō est p̃ncipiũ alteri⁹ vite: ⁊ p qō p̃mitiaꝫ spũs accepim⁹.

¶ Ulteri⁹ vi q nō debeat fieri in aq̄ simplici: qz medicina debet eẽ ifirmis ꝓpoztiõata: sed nos q̄b⁹ medicia baptismi adhibet: hẽm⁹ coꝛp⁹ ex elmtis mixtũ. g̃ aqua baptismi nō debet eẽ elmtũ simplex. ¶ ꝑ. sacr̃a fluxerũt de latẽ chr̃i dormiẽtis in cruce: sed de latẽ ei⁹ non est ꝓbabile fluxisse aquã que sit purũ elmtũ cuz tale q̄d in coꝛpib⁹ mixtis nō iueniat. g̃ nō debet in aq̄ simplici baptism⁹ fieri. ¶ ꝑ. pura elmta ꝑm phos nō sũ in extremis: ſz in medijs elmtoꝝ: qz i extremis alterãt se inuicẽ. si g̃ opoꝛteret in aq̄ simplici baptismũ fieri: nō posset apud nos fieri. ¶ ꝑ. ꝑstat q aq̄ maris nō est simplex aq̄: qō ei⁹ amaritudo ⁊ salsedo demꝛat: q̄ ex terrestri mixto ꝓtingit: ſz in aq̄ maris pōt fieri baptismus. g̃ nō reqrit aq̄ simplex. ¶ ꝑ. aq̄ cõpetit baptismo rõne ablutiõis: ſz q̄dā aq̄ mixta magis abluit: sic̄ lixiuiũ ⁊ hi⁹. g̃ magis baptismo cõpetit. ¶ Sꝫ ꝺ est: q mixtũ neutrũ miscibiliũ est. si g̃ fiat baptism⁹ in aqua mixta nō fieret i aq̄: qō eẽt ꝺ doctrina euãgelij.

¶ Ulteri⁹ vi q nō in q̄libet simplici possit fieri baptismus. dñs eni tactu mũdissime sue carnis viz regñatiuã ꝓtulit aq̄e: ſz nō tetigit nisi aquas iordanis. g̃ sole ille aque hñt vim regñatiuã: ⁊ ita nō in q̄libet aq̄ pōt fieri baptism⁹. ¶ ꝑ. baptism⁹ nō pōt fieri nisi in aq̄ vbo vite scificata. si ergo baptism⁹ fieret in mari ul̃ in aliquo fluuio tota aqua flumis eẽt scificata: qō videt absurdũ. ¶ ꝑ. q̄dā aque nō hñt vim abluẽdi: ſz magis deturpãt: sic̄ aque paludũ. g̃ videt q in hi⁹ aq̄s nō possit fieri baptism⁹. ¶ Sꝫ ꝺ est: qz mã baptismi debet eẽ cois: qz baptism⁹ est sacr̃m maxie necitatis: sed hoc nō esset nisi in qualibet aqua baptismus fieri posset. ergo in qualibet aqua potest fieri baptismus.

Rñdeo dōz ad ꝑmã qōnẽ: q ex istitutiõe dīna nec̃iũ est baptismũ in aq̄ fieri. ꝑñt ãt instõnis accipi sex rõnes. ꝑ⁹ est: qz aq̄ rõne diaphanitatis hẽt aliq̄d de lumie: ⁊ ita cõpetit baptismo q̄ hꝫ vim illuminatiuã ꝑm q in eo gr̃a ꝓferꝛ. 2ª est: qz rõne hũiditatis hẽt viz ablutiuã: ⁊ iō cõpetit baptismo in quo coꝛdes culpe mũdant. 3ª est: qz rõne frigiditatis hẽt viz refrigerãdi: ⁊ iō cõpetit baptismo in quo icẽ diũ fomitis mitigat. 4^a ẽ: qz ut dī i. 1ꝯ. de aialib⁹. Aq̄ maxie cõpetit gñatiõi ⁊ augmẽtatiõi rerũ viuẽtiuz. vñ ⁊ in ꝑn⁹ mũdi ex aq̄ ꝓmitt⁹ aialia, pducta sũt: ⁊ sic cõpetit baptismo inq̄tũ est regñatio i spualẽ vitã. 5ª est: qz in oib⁹ mũdi ptib⁹ aq̄ iuenit. 6^a qz est res que de facili ab oib⁹ hãi pōt sine magno ꝓcio: ⁊ he due cõpetunt baptismo ꝓout est sacr̃m necessitatis.

Ad ꝑmũ ergo dōz: q neq; circũcisio: neq; baptism⁹ tollũt origiale culpã ex vtute nãli ipaꝝ rerũ: sed inq̄tũ signãt aliq̄d spuale: ⁊ in significatiõe coicat aqua cũ istꝛo circũcisiõis: qz in utroq; fit ablatio alicui⁹. ¶ Ad 2^m dōm: q ignis hꝫ lucẽ ex se ⁊ calorẽ qui est q̄litas actiua: ⁊ qz spũs scũs est ꝑmũ agẽs deiformitatẽ in baptismo: ⁊ ꝑmũ illuminãs. ſz baptism⁹ est sic̄ q̄dã instralis ca: iō spũi scō cõpetit figurari per ignẽ: ſz baptismo per aquã: q̄ mediãte trãsfundit lumẽ a spũ scō in aiaꝫ: sic̄ per diapha nũ lumẽ coꝛpale ad sensũ. ¶ Ad 3^m dōz: q q̄uis aer coicet cũ vita: nō tñ aer gñationi viuẽtiũ sic̄ aq̄ cõpetit: ⁊ ꝓpter hoc magis cõpetit aqua baptismo q̄ aer. ¶ Ad 4^m dōz: q sepultura chr̃i est res significata nō ꝓtẽta. istitutio aũt sacr̃alis mãe attẽdit ꝓncipaliꝛ q̄tũ ad significationẽ rei ꝓtẽte: magis ãt cõpetit aq̄ tali significatiõi i baptismo q̄ tra: ⁊ iō rō nō sequit. ¶ Ad 5^m dōm: q oleũ ⁊ vinũ nō hñtur in usu ablutiõis sic̄ aq̄: neq; ita bñ abluũt: qz ex eis ẽt alique soꝛdes ꝺbũtur: ⁊ delunt iterũ alie ꝓditiões que aque cõpetũt: ⁊ iō nō ita cõpetit baptismo sic̄ aq̄: piguedo ãt deuotionis ⁊ letitia sũt q̄dã effect⁹ baptismũ ꝓntes ⁊ nō ꝓmi. ¶ Ad 6^m dōm: q ex latere chr̃i fluxit sanguis ⁊ aq̄: sed sanguis ad redimẽdũ: ut dī ꝑ^a Pe. ꝑ°. aq̄ aũt ad abluẽdũ: ⁊ iō aq̄ baptismo cõpetit: ⁊ nō sanguis.

¶ Ad ſcdaꝫ qōnẽ dōz: q ꝓmixtio aque pōt eẽ duplex: vna que tollit spẽm: sic̄ qñ per alterationẽ trãsit ialis spẽz: sic̄ per putrefactionẽ aliq̄uã uel digōnẽ trãsit in vinũ: aut ẽt per additionẽ tãtã alteri⁹ liq̄ris q̄ soluat spẽs aque: sic̄ si parũ aque mꝛto vio admisceat. Alia ꝓmixtio est que nō tollit spẽm aque sic̄ qñ alteratꝫ aq̄ ꝯz aliq̄o accñs ⁊ manet spẽs: ut patet in aq̄ calefacta uel qñ addit aliq̄d aque: qō ul̃ nō cõmisceat: sic̄ si aliq̄ solida ponant in aq̄: ul̃ si sit cõmiscibile sic̄ aliq̄ō hũidũ: tñ est tã pue q̄titatis q ꝓmixtionẽ nō faciat: sed in aquã penit⁹ ꝓuertat. Jn aq̄ g̃ ꝑ⁹mō ꝓmixta nō pōt fieri baptism⁹ qz iam nō est aq̄: in aq̄ aũt 2° mō pōt fieri.

¶ Ut aũt cogñscat qñ sic uel sic ꝓmixta est aq̄: sciẽdũ est q sic̄ diuersitatẽ spẽi in aialib⁹ iudicam⁹ ex diuersitate figuraꝝ: ita ẽt diuersaꝫ spẽz in elmtis cogñscim⁹ ex diuersitate rari ⁊ dẽsi: ⁊ iō si fiat tãta alteratio uel ꝓmixtio aq̄ q recedat a termio raritatis ⁊ dẽsitatis aq̄ ul̃ in actu ul̃ in po⁸: signũ est q sit spẽs aq̄ trãsmutata: ⁊ dico in po⁸ qñ humoꝛ aliq̄s nō ꝺdẽsat: ⁊ rarefit caꝛo ul̃ frigido sic̄ aq̄: ſz aliũ sic̄ pꝫ in vino: olgo: lacte: ⁊ hi⁹. ¶ Ad ꝑ^m g̃ dōm: q nō opꝫ q aq̄ cõpetat nob per ꝓueniẽtiã in nãli, petate: ſz ignificãdo effcm qui in nob dꝫ fieri. ¶ Ad 2^m dōm: q de coꝛpe chr̃i exiuit vã aq̄ sic̄ uer⁹ sanguis: ⁊ hoc ad, pbãdũ eẽ coꝛp⁹ chr̃i uez nō fãtasticũ. ut manichei ponũt: fuit eni in eo cõpositio ex elmtis qō, pbatũ fuit ex eo q aq̄ q̄ est elmtũ, pdijt ex ei⁹ latẽ: ⁊ cõpõnẽ humoꝛ, pbauit sanguis effluẽs. ¶ Ad 3^m dōz: q q̄uis aq̄ que est apō nos sit aliq̄ mō altꝛata ⁊ hñs aliq̄d de ꝓmixtiõe alioꝝ elmto rũ: nō tñ amisit spẽz, pꝫ. ¶ Et silr̃ dōz est ad 4^m de aq̄ maris. ¶ Ad 5^m dōz: q ille aq̄ que ꝑ aliq̄⁹ trãsmutationẽ spẽz aq̄ amittũ: ⁊ si reticãt abluẽdi vtutẽ: tñ mã baptismi eẽ nō ꝑñt: qz ꝑ⁹ vt⁹ abluẽdi est i vba aq̄: ⁊ ẽt puri⁹ abluit: qz ex aliꝭ liq̄rib⁹ coꝛpa abluta aliq̄ mō ific̃iunt: coĩus ẽt aq̄ utimur ad abluẽdũ. De lixiuio ãt q̄dã ñt q spẽz aq̄ amisit: vñ baptismi mã eẽ nō pōt: sed hoc nō vi: qz eadẽ rõne nec aq̄ trãsiẽs per mine-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ras sulphureas ⁊ eras cōbustas posset eē mā baptis-
mi qō falsum est. Lixiuiū eni ab alia aq̄ nō differt nisi
in hoc q̄ per cineres trāsiuit. vñ vī aliq̄ dōz q̄ baptis
mus pōt fieri in lixiuio: sic ⁊ in aquis sulphureis: ⁊ in
alijs aquis que ex terra per quā trāseunt imutantur.
¶ Ad 3am qōnē dōz: q̄ diuersitas aquaꝝ que est per lo
ca ⁊ situs est dicta accīdentalis: vñ nō mutat spēz aque: ⁊
iō in q̄libet aqua hī' uel maris uł flumis: uł cisterne:
uł fōtis: uł stagni pōt fieri baptism'. ¶ Ad p'm ġ dōz
q̄ oēs tāgēdo illā aquā dedit vim regñatiuā in tota
spē aque īstituēs eā instr̄z baptismi. ¶ Ad 2m dōz: q̄
si baptiz̄at aliq̄s in mari sola illa aq̄ maris ptiet ad ba
ptismū: que pōt hēre aliquez effectū in baptiz̄ato uel
lauādo uł infrigidādo: ⁊ nō totū mare. ¶ Ad 3m dōz:
q̄ si aq̄ paludis eēt intātū igrossata q̄ recederet a vā
raritate aque nō esset baptismus: sicut si esset lutum:
alias esset baptismus: q̄ adhuc spēs aque manet.

AD 4m sic ꝓcedit. Videt q̄ imersio sit de ne
cessitate baptismi: q̄ p baptismū cōsi
guramur sepulture chr̄i. ut dī Ro.6°. sed hoc non fit
per baptismū nisi in q̄tū imergimur ⁊ occultamur in
aq̄ sic chr̄o sub terra. ġ imersio est de necitate baptis-
mi. ¶ P̄. baptism' dat in remediū ꝺ originale pctm̄:
sed origiale pctm̄ est in toto corpe. ġ totū debet imer
gi. ¶ P̄. si aliq̄ pz sufficeret: ut itingeret p̄cipue vide
ret de mēbris genitalib': in qb' p̄cipue originale ma
net: ⁊ in qb' circūcisio fiebat: sed ablutio nō pōt fieri
ꝓgrue in illis mēbris nisi totū corp' imergat. ġ totuz
corp' dz imergi. ¶ Sz ꝺ est ꝓsuetudo i aliq̄b' eccl̄ijs
in qb' q̄nq̄s per aspersionē: ⁊ nō per imersionē baptis
mus celebrat. ¶ P̄. in baptismo beati Laurētij legi
tur q̄ Romanus ab eo baptiz̄adus urceuz aque attu
lit: in quo constat q̄ imergi nō poterat. ergo imersio
non est de necessitate baptismi.
¶ Ulteri' vī: q̄ nō debeat esse trina. baptism' eni est tin
ctio in aq̄ vbo vite sc̄ificata. ut dic̄ Aug. sz vn' est bap-
tism': ġ debet eē vna tinctio siue imersio. ¶ P̄. recī
rit ad baptismū fides de vnitate: ⁊ de trinitate psona
rū: sed trinitas psonaꝝ sufficiēter expr̄imit in foia. ġ
vnitas eēntie dz expr̄imi in vnitate imersiōis. ¶ P̄.
baptism' est figura passiōis chr̄i: sz vna est passio chr̄i
ġ vna debet eē imersio in baptismo. ¶ Sed ꝺ est qō
Dio. dic̄. 2. ca. eccl'. hier. q̄ debet fieri baptism' trib' i-
mersiōib' ⁊ eleuatiōib' ad signādū q̄ chr̄s in sepl'chro
iacuit trib' die' ⁊ trib' noctib'. ¶ P̄. chr̄so. dic̄ sup
Jo.3° fit imersio ut oscas: qm̄ vt' p̄tis: ⁊ filg ⁊ spūs
sc̄i oia hec iplet. idē dicit Hiero. sup epl'a. ad phili.
¶ Ulteri' vī: q̄ trina imersio sit de necitate sacr̄i. legit
enz in decretis de cōsecratiōe dist. 6a. c. siqs p̄sbyter
uel epūs semel imergat: ⁊ vnā imersionē fecerit depo-
nat. hoc aut nō esset nisi trina imersio eēt de necitate
sacr̄i. ġ est de necessitate sacr̄i. ¶ P̄. sic fidei trinitas
expr̄imit per noia triū psonaꝝ: ita per tres imersiōes
ut ex dictis pz. sz si nō noiarent tres psone nō eēt ba
ptism'. ġ silr si nō trina imersio fiat. ¶ P̄. si nō trina
imersio est de necitate sacr̄i: stati in p'a imersiōe baptis
mus hēt totū effectū suū. ġ alie imersiones frustra ad-
derent: ⁊ fit iniuria sacr̄o. ¶ Sed ꝺ est: q̄ ipsa imer
sio nō est de necessitate sacr̄i. ġ multo min' nūs imer
siōis. ¶ P̄. auctoritas Hzeg. in lr̄a posita dic̄ q̄ utrū
q̄ pōt fieri seruata eccl̄ie ꝓsuetudie. ergo nō est de ne
cessitate sacramēti: neq̄ vna: neq̄ trina imersio.

RN̄deo dōz ad p'am qōnē: q̄ baptism' ablutio-
nē ipoztat. ablutio aī per aquā pōt fie
ri nō tm̄ per modū imersiōis: sz per modū aspersiōis uł
effusiōis: ⁊ iō utroq̄ mō pōt fieri baptismus. ⁊ vī q̄
apl'i hoc mō baptiçarent cū legat q̄ sil' vna die ꝓuersi
sunt dnq̄ milia: ⁊ alia tria milia. Act. 2. 7. 3. ⁊ iō qñ cō
suetudo eccl̄ie patiē: uel qñ necessitas icubit pp oese
ctū aque: siue pp piculū pueri de cui' morte timet: uł
etiā ꝓpter ibecillitatē sacerdotis nō potētis sustēta-
re ifantē: pōt sine imersione baptism' celebrari.

Ad primū ġ dōm: q̄ ēt in effusione aque bō
quodāmō sub aq̄ ponit: ⁊ iō q̄dā-
mō chr̄o per baptismū consepelit. ¶ Ad 2m dōm: q̄
oēs opatiōes aiales a capite p̄n'm hnt: q̄ baptismus
formal aiales hīt' f'm diffōnē Dio. ꝓius posita: non
aūt nāles uel vitales: iō si sit caput aspsuz aq̄ in totuz
corpuꝫ aspsio reputat: sic ēt iuriste dicūt: q̄ ubi caput
hois iacet reputat: ac si tot' hō sepultus esset ibidē:
nō sic aūt est de alijs ptibus. ¶ Ad 3m dōm: q̄ quis
originale pctm̄ ꝓsistat p̄cipue in mēbris genitalib' q̄-
tū ad originē: tm̄ in opationib' aialib' ꝓsumat q̄tū ad
rōnē culpe: ⁊ iō potī' opz baptismū adbiberi circa ca
put si necitas incūbit ut nō totū corp' possit imergi.
¶ Ad 2am qōnē dōz: q̄ cōgruētissime fit trina imersio:
tuz ad expr̄imēdū in factis fidē trinitatis: tū ad signi
ficādū chr̄i sepultura: cui per baptismū ꝓsepelimur:
ut patet ex auctib' iductis. ¶ Ad p̄mū ergo dōz: q̄
magr̄ expoluit tinctionē per ablutionē: q̄uis aūt in tri
na imersiōe sit trina itinctio: tm̄ est vna ablutio: sic ēt
in ablutiōib' pure mālib' videm' ꝓtingē q̄ aliq̄d plu
ries in aquā imergit uł aq̄ pfundit anteq̄ ablutio vna
sit pfecta. ¶ Ad 2m dōm: q̄ in fide trinitatis icludit
fides vnitatis: ⁊ iō in baptismo cū fide trinitatis ex-
pr̄ssa dat intelligi fides vnitatis: ⁊ in forma vboruꝫ per
hoc q̄ singulr dicit in noie: ⁊ in imersione pp sil'itudi
nē imersionū: nō aūt in fide vnitatis includit fides tri
nitatis: ⁊ iō cōgruēti' est: ut ēt in actu baptismi fides
trinitatis expr̄imatur. ¶ Ad 3m dōm: q̄ quis passio
chr̄i sit vna: tm̄ chr̄ist' passus triduo in sepulchro quie
uit: ⁊ hoc baptism' significare debuit trina imersiōe.
¶ Ad tertiā qōnē dōm: q̄ cū trina imersio nō sit ad si-
gnādū rē in sacro ꝓtentā quā opz per māz ⁊ usū sacr̄i
significari: sed significet rem significatā ⁊ nō ꝓtētam:
que significatio nō est p̄ncipalis i sacro trina imersio
ut in lr̄a dī nō est de necitate sacr̄i: si tm̄ omittat ꝺ cō-
suetudinē ecclie grauiter aliq̄s peccat semel tm̄ imer
gēs: ⁊ iō per canones pena adhibet: per qō patet solo
ad p'm. ¶ Ad 2m dōz: q̄ forma p̄ncipalr debet signifi
care illud vñ est efficacia in sacro: cū sit mediū quo q̄si
ponit efficacia ad nāz que vbo illo scificat: sz mā de-
bet p̄ncipalr significare effectū qui imediate ꝓsequit
ex usu ei'. ¶ Ad 3m dōm: q̄ vnitas itentiōis in trib'
imersiōib' facit vnitatē baptismi. ut dcm̄ est: ⁊ iō qñ
aliq̄s itēdit ter imergē. p'a imersio nō terminat intē-
tionē baptiçātis: ⁊ p ꝓns nec eē baptismi cōplet: nec
per illū tm̄ hēt effectū nisi per ordinē ad alias: vñ alie
nō supfluūt: si aī nō intēdit nisi vnā facere: p'a sola cō
plet baptismū terminās intentionem baptiçantis.

AD 5m sic ꝓcedit. Videt q̄ non fuit necīuz
istituere baptismū post circūcisionē.
cā eni institutiōis baptismi: ut in lr̄a dicit est ino
uatio mētis: sed circūcisio mētē inouabat cū pctm̄ au
ferret ⁊ grāz ꝓferret. ut supꝰ dcm̄ est. ġ nō fuit necessa
riū baptismū istituere. ¶ P̄. in sacris efficacia rīdet
significatiōi. Sz circūcisio expr̄essius significat. ut vī
ablationē originalis: ⁊ q̄tū ad cāz ablationis que est
effusio sanguis chr̄i: ⁊ q̄tū ad cāz traductiōis que est
gñatio in mēbris gñatiōis cū sanguinis effusiōe fcā:
ġ habuit maiorē efficaciā q̄ baptismus: ⁊ ita non de-
buit post eā baptism' istitui. ¶ Sed ꝺ ꝓfectū debet

impfecto succedere. sed baptismus est pfectior circū
cisione: q̄ coior est. ġ debuit post circūcisionē istitui.
¶ Ulteriꝰ videt q̄ fuerit añ passionē institut': q̄ dñs
tactu carnis sue vim regñatiuam ꝺtulit aquis: sz hoc
fuit añ passionē in baptismo suo: ġ añ passionē fuit in
stitutus. ¶ P̄. Joā.3° dixit. nisi quis renat' fuerit ex
aq̄ ⁊ spū rē. Sed hoc fuit ante passionē. ergo baptis-
mus ante passionē fuit institutus. ¶ Sed cōtra. cāz
non precedit effectus: sed baptismus habuit efficaciā
a passione chr̄i: ergo nō debuit ante passionē institui.
¶ P̄. baptismus nō fuit sine forma sua: sz forma fuit
instituta post passionē. Matth. ultio. ġ ⁊ baptismus.
¶ Ulteri' vī q̄ statim in sua istitutiōe fuit obligatorius
q̄ dicit Jo.3° q̄si in p'n° institutionis. Nisi quis renat'
fuerit rē. qō obligationē ipoztat. ġ statiz obligatorius
fuit. ¶ P̄. istitutio sacroꝝ noue legis est per moduz
p̄cepti. sz p̄ceptū stati ē obligatorium. ġ istitutio baptis
mi stati obligabat. ¶ Sed ꝺ. ad idē nō fuit necīa duo
remedia: sed ante passionē iā istituto baptismo hoies
obligabant adhuc ad circūcisionē que ad idē ordinat
cū baptismo. ergo nō obligabant ad baptismum.

RN̄deo dōz ad p̄mā qōnē: q̄ f'm Aug. de scō
vic. opoztuit ut f'm ꝓcessionē tēporuz
spūaliū grāꝝ signa magis ac magis euidētia darent:
⁊ iō opoztuit q̄ baptism' post circūcisionē istitueret:
q̄ circūcisio significabat tm̄ in remouēdo: pfectio aī
scificatiōis nō est in remouēdo: sz i collatiōe grē cui'
effect' aq̄ figurat. s. vitā illūinationē ⁊ hī': de qb' dcm̄
est: ⁊ ꝓeter hoc significat ablutionem: ⁊ iteruz etiam
est perfectio quantum ad usum: q̄ sexui utriq̄ cōmu
nis est: qō non erat de circuncisione.

Ad primū ġ dōm: q̄ quis circūcisio auferret
culpā sicut baptism': non tm̄ ꝓfere
bat tāta plenitudinē grē sicut baptism': nec tātū dimi
nuebat fomitē: ⁊ iō opoztuit baptismū succedere: ino
uatio eni nō solū ꝓsistit in remotiōe culpe: sz in colla-
tione grē. ¶ Ad 2m ergo dōm: q̄ ille significationes
sunt rerū nō ꝓtentaꝝ: ⁊ iō de illis nihil ad ꝓpositu.
¶ Ad scōz qōnē dōm: q̄ multiplex fuit baptismi isti-
tutio. Fuit eni ꝓio istituta q̄tuz ad mām in baptismo
chr̄i: tūc eni vim regñatiuā aqis ꝺtulit: ⁊ aliq̄ mō fuit
forma figurata per p̄ntiā triū psonaꝝ in signo visibi-
li: q̄ p̄ appuit in uoce: filī' in carne: spūs scūs in colū
ba: ⁊ silr fructꝰ baptismi ibi p̄figurat' fuit: q̄ celi apti
sūt sup eū: sz nectas ei' fuit declarata. Jo.3. ubi dicit.
Nisi qs renat' rē. sz usus fuit icohat' qñ missit discipu
los ad p̄dicādū ⁊ baptiçādū: ut patet matth. x. sz effi
caciā hūit ex passiōe chr̄i: q̄tū ad ultimū effectū q̄ est
aptio ianue: sz otuulgatio ei': q̄tū ad oēs natiōes p̄ce
pta fuit Matth. ulti. ubi dixit. Euntes docete oēs gē-
tes rē. ¶ Et per hoc patet solo ad obta: tm̄ sciēdū q̄
Matth. ulti. nō fuit forma istituta: cū añ passionē in ea
dē forma baptiçauerint: sicut in lr̄a dī: sz fuit iterata.
¶ Ad tertiā qōnē dōm: q̄ ante passionē nullus obliga
bat ad baptismū: q̄ tūc nō erat istitut' ad obligādū:
sed ad exercitādū: sed post passionē obligatorius fuit
qñ circūcisio mortua fuit q̄tū ad oēs ad quos istitu-
tio potuit puenire. ¶ Et per hoc patet solo ad obta.
dñs eni Jo.3. magis p̄dixit obligationē futurā q̄ nar
raret p̄tē: nec p̄ceptū obligat anteq̄ sit otuulgatum.

¶ Expositio textus.

BAptismus dicit corporis tinctio
rē. ⌋ Sciēdum est q̄
baptiçare in greco idē est q̄ lauare: a lauan
do enim duo dicunt. s. lauacruz qō significat
aquā: i qua fit lotio hūano artificio. ꝓparatā: alio mō
lotio que significat usuz lauacri. Baptism' ġ pōt signi
ficare ipsaz aquā que dī lauacrū: vñ dī Titi. 2°. Per
lauacrū regñatiōis rē. ⁊ pōt significare ipsaz ablutio
nē. Matth. 7. Tenētes baptismata hoium ⁊ calicū
⁊ urceorū. i. ablutiōes: ⁊ iō Hug. de scō vic. diffiniuit
baptismū aquā q̄tum ad primā acceptionē: magr̄ vo
ablutionē q̄tū ad scōaz: sz hec diffinitio est magis ꝓ
pria: q̄ aq̄ nō significat mūdationē neq̄ cāt nisi f'm q̄
est abluens. ¶ Un̄ est hec tāta vt' aque rē. ⌋ Quid sit
ista vtus ⁊ qñ sit data: dcm̄ est supꝰ di. j. ¶ Un̄ nihilomi
nus ilinuari rē. ⌋ Hoc est itelligēdū i silī casu: sic apl'i
in noie chr̄isti baptiçabāt: alias magr̄ falsum diceret.
¶ Celebrat aut̄ hoc sacr̄m rē. ⌋ Sciēdū q̄ aq̄ est mā
baptismi: ⁊ pōt triplr ꝓsiderari: q̄ sz q̄ ꝓsiderat i sua
ꝓpria nā est q̄si mā remota: q̄ ex nāli ꝓtate hēt ali-
quā puēietiā ad hoc q̄ sit baptismi mā rōne sil'itudis.
2m aī q̄ est istituta ad hoc accipiēs vim regñatiuā ex
tactu carnis saluatoris: sic est mā q̄si dispositā: sz aūt
q̄ ꝓsiderat sub forma vboꝝ est q̄si mā iam informata.
¶ Solet aūt queri rē. ⌋ De hac dictū est pz̄ius dist. p°.
¶ Aditum nobis regni aperuit. ⌋ apertio ianue nō est
aliud q̄ remotio ipedimenti qō ꝓhibebat totū hūanum
genus ab introitu celi: qō quidē ablatum est per
passionē chr̄isti: ut dictū est in 3°. lib. dist. 18.

¶ Q. alij suscipiūt sacr̄m ⁊ rē. Alij sacr̄m ⁊ nō
rem. Alij rem ⁊ nō sacramētū. Dist. iiii.

Hic dicēdū est aliquos suscipe sacr̄m
⁊ rem sacr̄i: aliquos sacr̄m: ⁊ nō rez:
aliquos rem ⁊ nō sacr̄m. Sacr̄m ⁊
rem simul suscipiūt oēs puuli: qui in baptis-
mo ab originali mūdant pctō. Quāuis qui
dā diffiteant illis qui pituri sūt puulis in ba
ptismo dimitti pctā: initentes illi vbo Aug.
Sacra in solis electis efficiūt qō figurāt: nō
intelligētes illud ita eē accipiēdū: q̄ cum in
alijs efficiāt sacra remissionē: nō hoc eis fa
ciunt ad salutē: sed solis electis. Nā q̄ oibus
puulis in baptismo remittat pctm̄ per baptis
mū Aug. euidēter dicit. A puulo inquit recē
ter nato usq̄ ad decrepitū senē: sicut nullus
ꝓhibet a baptismo: ita nullus est qui nō pec
cato moriat in baptismo. Sed puuli tm̄ ori-
ginali: maiores vo etiā oibus que male viuē
do addiderūt ad illud: nisi enormitas vite i-
pediat. i. fictio. adulti vo qui cum fide bapti-
zantur: sacramentum ⁊ rem suscipiunt.

¶ De ficte accedentibus.

QUi vo sine fide uel ficte accedūt: sacr̄m
nō rem suscipiūt. Un̄ Hiero. Sūt laua-
cra gētiliū hereticoꝝ: sed nō lauāt ad salutē.
In ecclesia etiā qui nō plena fide accipiunt
baptismā: nō spm̄ sed aquā suscipiunt. Aug.
etiā ait. Judeis oibus coia erant sacra: sz nō
cōmunis oibus erat gra: que est virt' sacro-
ruz. Ita ⁊ nunc cois est baptismus omnb'
baptiçatis: sz nō vt' baptismi. i. ipsa gra. Itē
oīs qui iā sue uolūtatis arbiter cōstitut' est:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cū accedit ad sacr̄m fideliū nisi peniteat cum ueteris vite nouā nō pōt incobare. Ab hac pnia cū baptiçant soli puuli imunes sūt. His aliisq; testimoniis apte ostēdit adultis sine fide ꝛ pnia vā in baptismo nō cōferri gr̄az remissiōis: qz nec puulis sine fide aliena qui ꝓ pria hīe nequeūt dari in baptismo remissio. Sigs ergo ficte accedit nō hns uerā cordis cōtritionē sacr̄m sine re accipit. Videt tamē Aug. dicē q; ēt ficte accedēti: qui ēt hēt odiū fraternū in ipso mometo quo baptiçat oia ꝓdonent: ꝛ post baptismū mox redeat. Sed nō hoc asserēdo dicit: imo hāc opionē ꝛ p̄missam sniaz cōferēdo. ait enī sic. His qui ficto corde baptiçant: aut pctā nullatenus dimittunt: qz spūs scūs disciplie effugiet fictū: aut in ipso tpis pūcto per vim sacri dimissa iterū per fictionē replicant: ut ēt illud uer̄ sit. Quotquot in chr̄o baptiçati estis xc̄. Etiaz illud. Spūs scūs disciplīne effugiet fictū: ut induat eū chr̄z scitas baptismi: exuat eū chr̄z pnities fictiōis. Nā redire dimissa pctā: ubi fraterna charitas nō est: apte dns docet ēt in illo seruo a quo dns dimissum debitū petijt: qz ille cōseruo dimittē noluit. Sic nō ipedit baptismi gr̄a quo min⁹ oia pctā dimittant: ēt si fraternū odiū in ei⁹ cui dimittant aio pleueret. Soluit enī bestern⁹ dies: ꝛ qcqd supest: ꝛ soluit ēt ipa hora: mometūq; añ baptismū ꝛ in baptismo. Deiceps aūt cōtinuo reus incipit eē nō solū ꝓtitiū: sz ēt ꝓterito ꝛ diez horarū mometo ꝛ: redeuntib⁹ oib⁹ que dimissa sunt. Hoc aūt ut p̄dixim⁹: nō sub assertiōe dixit: qđ ostendit ex eo qđ ait in eodē libro sic. Si ad baptismū fictus accedit dimissa sūt ei pctā: aut nō sūt dimissa. eligāt qđ uoluerit. Ecce apte cernis: si tñ itēdis id dixisse Aug. nō asserēdo: sz querēdo ꝛ alioꝛ opionē referēdo. Idē enī ait. Tūc ualere icipit ad salutē baptismus cū illa fictio ueraci cōfessione recesserit: que corde in malitia pseuerāte peccatorum ablutionez nō sinebat fieri. Nō ergo ficte accedēti peccata dimittuntur.

¶ Quomō intelligāt illud quotquot in chr̄o baptizati estis chr̄istum induistis.

Queritur ergo quō illud accipiāt. Quot quot in chr̄o baptiçati estis chr̄istuz induistis: Pōt dici q; qui in chr̄o. i. in chr̄i cōformitate baptizant. s. ut morianꝫ uetustati peti sicut chr̄ist⁹ uetustati pene: induūt chr̄m quē per gr̄am habitātē hñt. Pōt ꝛ aliter solui. Duob⁹ enī modis chr̄m induere dicimur: ut assumptione sacr̄i: uel rei ꝓceptione. Unde Aug. Induūt hoies chr̄m aliqñ usq; ad sacramēti ꝓceptionē: aliqñ usq; ad vite scificationē: atq; illud p̄mū bonis ꝛ malis pōt eē cōe: hoc aūt est ꝓpriū bonoꝝ ꝛ pioꝝ. Dēs ḡ qui in chr̄i noie baptizant: chr̄m induūt: uel sm sacri ꝓceptionē: uel sm vite scificationē.

¶ De illis qui suscipiūt rem ꝛ nō sacramētū.

Sunt ꝛ alij ut supra posuimus: qui suscipiunt rem ꝛ nō sacr̄m. Qui enī effundūt sanguinē ꝓ noie Jesu: ꝛ si nō sacr̄m: rez tñ accipiūt. Unde Aug. Quicūq; nō ꝓcepto regnationis lauacro ꝓ cōfessiōe chr̄i moriunt: tātū eis ualet ad dimittēda pctā quātū si abluerent sacro fōte baptismi. Audistis q; passio ꝓ chr̄i noie suscepta supplet vicē baptismi. Nec tñ passio vicē baptismi iplet: sz etiā fides ꝛ contritio ubi necessitas excludit sacr̄m: sicut apte docet Aug. dicēs baptismi vicē aliqñ iplere passionem. De latrone illo cui nō baptizato dctñ est: hodie mecuz eris in padiso. Beat⁹ Cyprian⁹ in lib. iiij. de baptismo nō leue documētū assumit. Qđ etiā atq; etiā ego cōsiderās inuenio: nō tñ passionez ꝓ noie chr̄i id qđ baptismo deerat posse supplere: sed etiā fidē cōuersionēq; cordis si forte ad celebrandū mysteriuz baptismi in angustijs tēpoꝝ succurri nō pōt. Neq; enīz ille latro ꝓ noie chr̄i crucifixus est: sz ꝓ meritis facinoꝝ suoꝝ: nec qz credidit passus est: sed dum patit credit. Quātū ergo ualeat sine visibilis baptismi sacro: qđ apostolus ait. Corde creditur ad iustitiā: ore aūt ꝓfessio fit ad salutē: in illo latrone declaratuz est: sed tunc ipleri inuisibiliter: cū mysteriū baptismi nō contēptus religionis: sed articulus necessitatis excludit. Et baptism⁹ quidē pōt eē ubi cōuersio cordis defuerit: ꝙuersio aūt cordi pōt quidē ineſſe nō ꝓcepto baptismo: sz cōtēpto baptismo nō pōt: nec ullo mō dicēda est cōuersio cordis ad deū cū dei sacr̄m cōtēnitur. Ecce hic habes nō solū passionē: sed ēt fidē ꝛ ptritionē cōferre remissionez ubi nō ꝓtenit sacr̄m: ut in latrone illo ostendit: qui nō per passionē: sed per fidē saluatus est sine baptismo. Sed dicūt quidā hoc argumentū retractasse Aug. Retractauit qdē exēplū: sz sentētiā nō. Alit enī in. iiij. lib. de baptismo. Cū dicerem vicem baptismi posse habere passionez: non satis idoneum posui illius latronis exemplū: qz utruz nō fuerit baptiçatus incertuz est. Constat ergo sine baptismo aliquos

iustificari ꝛ saluari. Unde Ambro. de ualentiliano. Uētrēmeū doleo: ut ꝓpbetico utar eloquio: qz quez regeneraturus eram amisi: uerūtamē gr̄am ille quā poposcit nō amisit.

¶ Que videntur obuiare predictis.

His aūt vident obuiare qđ dns dicit. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aq̄ ꝛ spū scō nō pōt intrare in regnū celoꝝ: qđ si gñaliter uerū est: nō vident eē vā supi⁹ posita. Sz illud itelligēdū est de illis q pñt ꝛ ptēnūt baptiçari: ut̄ ita itelligēdū est nisi qs renat⁹ fuerit ex aq̄ ꝛ spū scō i. ex ea regnatione que fit p aquā ꝛ spm̄ scm̄ nō saluabit. Illa āt regnatio fit nō tm̄ per baptismū: sz ēt per pniaz ꝛ sanguinē. Un̄ auctoritas dicit: ió aplm̄ pluraliter dixisse fūdamētū baptismatū: qz est baptism⁹ in aq̄: in sanguie in pnia. Hoc aūt nō ió dicit q; sacr̄m baptismi fiat nisi in aq̄: sz qz ipse⁹ vt⁹ ꝛ scificatio dat nō tātūmō per aquā sz per sāguinē ꝛ pniaz. rō enī id suadet. Si enī nō ualētib⁹ credē puulis sufficit baptismus: multo magis sufficit fides adultis uolētib⁹: ꝛ nō ualētib⁹ baptiçari. Un̄ Aug. Queris qd sit maius: fides an aq̄: nō dubito qn rñdeaz fides. Si ḡ qđ min⁹ est scificare pōt: nōne qđ mai⁹ est. i. fides de qua chr̄s ait. Qui crediderit in me ēt si mortuus fuerit viuet. Sed dicūt aliqui nullū adultū in chr̄m credere ul̄ charitatē hīe sine baptismo nisi sanguinē fundat ꝓ dño: subita introducētes testimōia. Aug. ait. Ex illo tpe quo saluator dixit: nisi qs renatus fuerit ꝛc̄. absq; sacrameto baptismi ꝑter eos qui in eccl̄ia sanguinē fundūt aliqs vitā eternā accipe nō pōt. Itē nllz cathecuminū q̄zuis i bōis opib⁹ defūctū vitā eternā hīe credim⁹: excepto martyrio ubi tota sacra baptismi cōplet̄. Itē baptiçatis iter tm̄ salutis eē credim⁹. Sz qđ i his mīn⁹ dixit in alijs captis supraposītis supplet. Et ió hec sic itelligēda sunt: ut illi soli hñtes tps baptiçandi excipiant: si enī aliqs hns fidē ꝛ charitatē uoluerit baptiçari: ꝛ non ualet necessitate puēt⁹: supplet oipotētis dignitas qđ sacro defuerat. Dū enī soluere pōt: nisi soluat tenet: sz cū iā nō pōt: ꝛ tm̄ vult: nō imputat ei⁹ qui suā potētiā sacris nō alligauit. Qđ vo inuisibilis sāctificatio sine visibili sacro qbusdā ilit: apte Aug. tradit sup leuiti cū dicēs. Inuisibilē scificationē qbusdā affuisse ꝛ ꝓfuisse sine visibilib⁹ sacris. Visibilē vo scificationē que fit sacro visibili: sine inuisibili posse adesse: non posse ꝓdesse. Nec tm̄ visibile sacr̄m ió ꝓtenēdū est: qz ꝓceptor ei⁹ inuisibiliter scificari nō pōt. Hinc corneli⁹ ꝛ qui cū eo erāt iam spū scificati baptiçati sunt. Nec superflua iudicāda est scificatio visibilis: qz inuisibilis p̄cessit. Sine visibili ergo inuisibilis sāctificatio eē pōt ꝛ pdesse. Visibilis āt que fit sacro tenus sine inuisibili ꝓdesse nō pōt: cū illa sit ois illi⁹ vitas. Simoni mago visibilis baptism⁹ nō ꝓfuit: qz inuisibiliter nō affuit. Sz quib⁹ inuisibilis affuit: ꝓfuit. Nec tātū ualet fides aliena paruulo q̄tū ꝓpria adulto. Paruulis enīz nō sufficit fides eccl̄ie sine sacro: qui si absq; baptismo fuerit defuncti etiā cuz deferunt ad baptismū dānabunt: sic multis sanctoꝝ auctib⁹ cōprobat. Ad hoc vnū sufficiat. Aug. ait. Firmissime tene paruulos qui ul̄ in uteris matrū viuē icipiūt: ꝛ ibi moriunt uel de mr̄ib⁹ nati: sine sacro baptismi de hoc seculo trāseunt: et̄no supplicio puniēdos: qz ꝛ si ꝓprie actiōis pctā nō habuerūt: originale tm̄ pctm̄ traxerūt carnali ꝓceptione. Et sicut paruuli qui sine baptismo moriunt ifideliuz ascribunt numero: ita qui baptiçant fideles dicunt. Qui a fideliū cōsortio nō separant: cū orat eccl̄ia ꝓ fidelib⁹ defunctis. Fideles ergo sūt nō pp vtutē: sz fidei sacrz. Un̄ aug. Paruulū ꝛ si nōdū fides illa que ēt in credētiū uolūtate ꝙsistit: iaz tm̄ fidei ipsi⁹ sacrz. i. baptism⁹ fidelē facit: sicut credere rñdet: ita etiā fidelis uocat: nō rem ipsaz mēte annuēdo: sz ipsius rei percipiendo sacramentum.

¶ Quid ꝓfit baptism⁹ bis: q cū fide accedūt.

Solet etiaz queri de illis: qui iam scificati spū cū fide ꝛ charitate ad baptismuz accedūt: quid eis cōferat baptism⁹. Nichil enīz videt ꝓstare: cū per fidē ꝛ cōtritionē iam remissis pctis iustificati sunt. Ad qđ sane dici pōt eos quidē per fidē ꝛ cōtritionē iustificatos. i. a macula pctī purgatos ꝛ a debito eterne pene absolutos: tñ adhuc teneri satisfactione tpali qua penitētes ligant in eccl̄ia. Cuz aūt baptismū ꝙcipiūt: ꝛ a pctis si qua interiz post cōuersionē ꝛrerūt mundant: ꝛ ab exteriori satisfactiōe absoluunt: ꝛ adiutrix gratia oisq; vtus in eo auget: ut uere nouus hō tūc dici possit. Fomes quoq; pcti in eo amplius debilitat. Ideo Hiero. dicit q; fides que fidelib⁹ in aquis baptismi datur uel nutritur: qz nō habēti aliqñ ibi datur: ꝛ iaz habēti ut pleniꝰ habeat datur. Sic ꝛ de alijs itelligēdū est. Qui ergo mūdus accedit ibi fit mūdior: ꝛ omni habēti ibi amplius datur. Qđ vo ois exterior satisfactio ibi relaxetur Ambro. sius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendit super illum locuz. Sine penitentia sunt dona dei ⁊ uocatio dicēs. Gratia dei in baptismo nō requirit gemitū ⁊ plāctū: ul' aliq̄ opus: ⁊ oia gratis cōdonat. Ad q̄dez de exteriori gemitu ul' plāctu accipiēdū ē. Nā sine interiore nemo adultus renouat: sed exteriores satisfactiōes ⁊ afflictiones. s. sordes penitētiū ibi dimittunt. ℣ Sultū ergo cōfert baptism' et iaz p fidē iustificato: q̄ accedēs ad baptismū q̄si ramus a colūba portat in arcam. Ante intus erat iudicio dei: sed nūc etiā iudicio ecclie intus est. Cū vo in baptismo pctm̄ deleat ⁊ satisfactio exterior nō iputet: querit cur penalitas: cui pro pctō addicti sumus nō tollat. Hoc ideo tradunt fieri sci: q̄ si a pena boies per baptismū liberent ipsam p̄sentarēt baptismi pciuz: nō eternū regnum. Jdeo soluto reatu pcti: talis pena tm̄ manet: ut illa vita studiosi' querat que erit a penis oibus aliena. Jdeo etiaz manet ut sit fidei ⁊ certandi materia: ⁊ vincendi occasio: qui non vinceret si nō pugnaret: nec pugnaret si in baptismo fieret immortalis.

¶ Cui' rei baptism': q̄ dat iaz iusto sit sacr̄m.

SJ querit cuius rei baptismus ille sit sacrz qui datur iam iusto. Dicimus sacr̄m eē: ⁊ rei que p̄cessit. i. remissionis ante per fidē date: ⁊ remissionis talis pene siue pcti si habet q̄ interim cōmittit: ⁊ nouitatis: ac oīs gratie ibi p̄stite. Omnis eteniz rei signū est: cui' cā est. Nec mireris rem aliq̄n p̄cedere sacr̄m cū aliq̄n etiā lōge post sequat: ut in illis qui ficte accedūt: quib' cū post penituerint incipiat baptismus, pdesse: in quib' fuit baptism' sacr̄m huius scificationis quā penitēdo hīt. Sed si nunq̄z peniterēt nec a figmento recederēt: cuius rei sacramentū esset baptism' ab illis susceptus? Pōt dici rei que ibi fieret: si eorum ꝯnomitas nō impediret.

¶ Si paruulis datur in baptismo gratia: qua possunt in maiori etate proficere.

SOlet etiaz queri si paruulis in baptismo datur gr̄a qua cū tēpus habuerint utēdi libero arbitrio: possint uelle ⁊ currere. De adultis eniz qui digne recipiūt sacr̄m nō ambigit quin gr̄am operantē ⁊ cooperantē p̄cperint: que in uacuū eis cedit si per liberū arbitriū post moztaliter deliquerunt: qui merito pcti gratiā appositā perdunt. Unde dicū tur cōtumeliā spūi scō facere ⁊ ip̄m a se fugare. De paruulis vo qui nōduz rōne utuntur questio est: an in baptismo receperint gr̄az: qua ad maiorē ueniētes etatē possint uelle ⁊ opari bonū. Videt q̄ nō receperint: q̄z gr̄a illa charitas est: ⁊ fides que uoluntatē p̄parat ⁊ adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidē ⁊ charitatē: Si vo gr̄az nō receperint qua bene opari possint cū fuerint adulti: nō ergo sufficit eis in hoc statu: gratia in baptismo data: nec per illam p̄ñt mō boni esse nisi alia addat: que si nō addit: nō est ex eoz culpa: q̄z iustificati sunt a pctō. Quidaz putant gr̄am operantē: ⁊ cooperantē cūctis paruulis in baptismo dari in numero nō in usu: ut cū ad maiorē uenerint etatē ex munere sortiātur usum: nisi per liberū arbitriū usuz muneris extinguāt peccādo: ⁊ ita ex culpa eoz est nō ex defectu gr̄e q̄ mali fiūt: qui ex dei munere ualētes bñe usum bonū: per liberū arbitrium renuerunt: ⁊ usum p̄auum elegerunt.

¶ Diuisio textus.

